iurib. incorporalib. fm gl. & cōtter alios ibi puto posse rñderi,
q dispō d. l. si qs in tanta, procedat solū in non possidēte, q in-
uadendo rem suam spoliat possessorē, secus in possidente non
admittente ꝯ possessorem. Tex. est hic ad hoc notādus. Et rō
est, q talis non dr̄ inuadere. & ex hoc colligo intellm ad gl. in
d. l. si qs in tantā, quæ vult, q dispō illius legis hēat locū ēt i in-
uadente rē cōem. dēt n. intelligi altero socio tm̄ possidēte, als
secus. & sic illā gl. declarat Alex. cōs. 152. col. 5. & seq. vol. 1. & ¶
dicā in c. sæpe. j. tit. prox. ¶ Gl. in verbo, id venire, diuidit' i 12.
107 particulas. In prima recitatur ius ciuile. In scda ibi, † illa n. exē-
plificat rōnem huius tex. i iudicio spāli. In tertia ibi, nec est ꝯ, re-
mouet ꝯrium. In quarta ibi, sed rōa, exemplificat i iudicijs gnā
libus. In quinta ibi, nisi fiat, restringit exēplum. In sexta ibi, &
hæc uera, limitat rōnem. In septima ibi, iste idē facit. In octaua ibi,
sic ēt idē facit. In noua ibi, argm, ex hoc elicit ex pmissis no-
tabile. In decima ibi, argm, ꝯ, opponit ꝯ illud notabile. In vndeci
ma ibi, solo, soluit. In vltima ibi, si aliqn. ponit vnū dictū ꝯnū.
¶ In ea gl. in prima parte habes, q licet legislatori sufficiat dice
108 re, ita iure cauetur, vt hic, & in c. scriptū est, in 56. q. 3. † tn̄ Do-
cto. pōt allegare legem, ut facit gl. hic, in prima parte: als pos-
set dici, erubescimus, &c. l. illā, C. de collat. non n. authoritas
doct. est necessaria, licet sit pbabilis, fm gl. in l. j. C. de leg. Vbi
tn̄ iura sunt notissima, posset ēt scholaris dicere, ita iure cauet',
fm Card. in cle. sæpe, in prin. de uerb. sig. Itē sufficeret dicere,
ita iure cauet'. vbi tō naturalis adduceretur, quia quærere legē,
ubi naturaliter sentimus, nihil aliud est quam infirmitas intel-
lectus, fm Mod. in d. l. illam, allegantes ad hoc Philosophum.
¶ In scda parte ibi, illa n. habes, q in rei vēdicatione alicui' fun
di veniunt fructus, ēt q non sint expsse petiti. ꝯ hoc ob. tex. in
l. fundi, ff. de excep. Solo, ꝯrū est uerius, nisi fructus essent pen
dētes tpe libelli, fuissentq; lite pēdēte percepti, nā tūc offō iu-
dicis essent restituendi absque alia petitione, l. Aediles, §. item
sciendū, ff. de ædil. edi. Et in istis terminis pōt saluari gl. qd aūt
in alijs iudicijs, an ueniant fructus nō petiti ponit Bart. in l. ex
diuerso, §. vbi aūt, ff. de rei ven. & in l. 2. C. de pet. hær. Bal. i l. 1.
col. fi. C. de fruc. & lit. expen. Pan. in c. grauis, col. pe. j. tit. prox.
109 ¶ † Hēs insuper, q iudex pōt cōdemnare victū in expēsis non
petitis, idem tenet gl. in c. fi. ubi Abb. s. de rescr. Card. in l. 4. §.
hoc aūt, col. 4. & ibi Alex. ff. de dā. infe. Fel. in c. significauerūt,
col. 3. j. de excep. hinc dicit Bar. in l. nō ignorat. C. de fru. & lit.
110 expen. † q iudex nulla lista exhibita, & nulla pbōne facta, pōt
condemnare uictū in expēsis, sequtur Alex. ꝯs. 27. col. fi. vol. 2.
¶ In quarta parte hēs, q iudicium petitionis hēditatis dr̄ gnā-
le. tu dic melius, q est vle, put tenet glo. ibi ꝯria in c. 2. s. de li
bel. obla. & gl. in l. j. ff. de edē. & in l. quo tpe, ff. de peti. hæc. In
ea. parte hēs, q rōa huius text. procedit gnāliter tam in iudicijs
spālibus q̄ generalibus, vel vlibus. Pro intelligentia huius glo.
111 quæ obscure loquit', considera tres casus. † Primus casus, quan
do queritur, vtrum pposita actione reali, vel psonali, intelli-
gatur deductum oē ius suum cōpetens de pñti, i dest tpe motę
litis ad effectū, vt si actor succumbat possit iterū agere ex alia
causa. Ad idem non obst. exceptione rei iudicatæ, vt in isto ca
su, distingue, vt p Bar. in l. si mē, in princ. & in §. seq. & seq. ff. de
excep. rei iud. & p Pan. i c. 2. col. 4. & seq. s. de lib. obla. Et i istis
112 terminis loquit' gl. nr̄a in 1. 4. 5. & 6. partibus. ¶ † Scds casus est,
qñ quærit', an pposita actione reali, vel psonali, veniat ēt ius de
futuro, idē quod superuenit actori post litem cōtestatā. Et isto
casu facias rōnem negatiuam, q in iudicio non intelligit' dedu-
ctum ius de futuro, l. nō pōt, ff. de iud. Et isto casu loquitur glo.
in 9. parte. Fallit pluribus modis. Primo in his, quæ accessoriē
veniunt ad rem petitam, l. ædiles, §. itē sciendū, ff. de ædil. edic.
& ita procedat gl. in 2. parte. ¶ Scdū fallit, qñ ius pactuū super-
uenit actori post litē cōtestatam in personam rei. l. si nauterm, §.
possidere, ff. de rei ven. de quo opponit gl. in 6. parte. Ad idem
tex. in l. tigni. §. si quis, ff. ad exhiben. ¶ Tertio fallit, qñ ius sup-
ueniens post litem contestatā sub actione proposita sui natura
includebat', & in isto casu loquit' tex. i l. 4. & in l. si quo tēpore,
ff. de pet. hær. de quib. pariter opponit gl. in x. parte. Nam in il-
lis iuribus erat proposita petitio hæreditatis vlr, & sic sui nā
cōprehendebat ius de futuro. secus ergo si fuisset proposita pe
titio hæreditatis spāliter. qd nota ad limitationem illorum iu
rium, quæ sic declarat Pan. in d. c. 2. col. 8. ¶ Quartò fallit, quan
do ius supuenit actori ex causa de pterito, ut iudicio tn̄ dedu-
cta. l. si rem, §. ff. de pign. act. & ibi Bar. interēs ad qōnem, & per
Bal. in l. per diuersas, in 8. & 13. q. manda. Vltimò fallit in actio
ne reali gnāliter pposita, in qua venit ius superueniens actori
etiam ex noua causa, c. Abbate sanè, de re iud. lib. 6. quod pce-
dit de benignitate canonica: sed fm strictas iuris ciuilis regu-
las forte non pcederet, fm Bal. in l. 1. col. 1. C. de alie. iud. mu-
tā. cau. fa. Et iō ꝯrium visus est tenere Bart. in d. l. si rem, §. fin.
113 Quid aūt econtra, † an reus possit iustificare exceptiones suas
ex iure superuenīēte, dic, vt per Bar. in l. 1. col. 2. ff. de excep. &
d Alex. ... alios in c. 2. s. de or. cog. ¶ Tertius casus est, quādo in

libello est, expressa certa res & certa causa, & quæritur an actor
possit addere aliā, & ista est materia l. edita, C. de edē & in istis
114 habetis declaratam gl. ¶ Gl. in verbo, de ꝯsuetudine. † Aduer-
tite, quia in tex. nr̄o non pōt dici propriè ꝯsuetudo, quia p eā
acqritur ius vle, sed potius debet dici pscriptio, quia per eam
acquiritur ius ꝯ tertium tm̄, vt declarat. j. Pan. in pen. col. & in
e. cum dilectus. col. fi. & in e. fi. col. 1. s. de consue. Ex hoc bene
sequitur, q in casu huius c. requiritur scientia aduersarij, p ea,
quæ dixi s. in glos. in uerbo, vocem. quorum autem consensus
requiritur in inducenda consuetudine propriè declarat Abb.
in d. c. fin. Et an requiratur cōsensus superioris ēt tradit Ias. in l.
de quibus, col. 8. vers. 3. not. ff. de leg. ¶ In ead. glo. ibi, & neces-
115 se est, q sit præscripta. Not. glos. † q ex solo cursu legitimi tem
poris cōsuetudo dr̄ pscripta. Cōtrarium tenet gl. in d. l. de qui-
bus quæ requirit, q saltem semel fuerit obtētum in ꝯdictorio
iudicio, fm illam consuetudinē. Iste est longus articulus, & ex-
trauagans a materia nostra. cōis opi. est cum gl. nostra, fm Pan.
in d. c. fi. & d. Ias. in d. l. de quibus. ad ibi dicta me remitto. ¶ Gl.
in verbo, tertio. diuiditur in tres. In prima notat. In scda remo-
uet ꝯrium per viam fallētiæ. In tertia idem facit. Scda ibi, nisi.
Tertia ibi, licet teneatur. ¶ In ea. gl. in prima parte, vt dixi, non
bene colligit notabile, quia in tex. nostro non tractatur de con
116 suetudine, sed de præscriptione. ¶ † Quot aūt actus requirātur
in inducenda consuetudine propriè dicas, q tot requirunt' ar-
bitrio iudicis, quot sit verisile deuenisse i notitiam populi, fm
Bar. in d. l. de quibus, & iō vnicus actus hñs causam successiuā
sufficeret, c. cum de beneficio, de præb. in 6. ¶ In ea. glo. ibi, nisi
criminibus, melius dicas, q tex. in d. l. 3. & similia iura, non lo-
quuntur de ꝯsuetudine, prout est iuris, sed loquunt' de consue-
tudine, prout est facti dr̄ enim delinquere quo ad factum, qui
bis deliquit, d. l. 3. de ep. & c. aud. vbi Bar. & alij; qd ego intellige-
rem verum, si delictum fuit reiteratum ex proposito & delibe
rata mente: alias secus per id, qd decidunt Cyn. Bal. & Sal. in l.
2. C. de reb. cred. qui dicunt, q non potest dici consuetus blas-
phemare, qui qñque in ludo blasphemat per iracundiam, quā-
do perditur, sequtur Dec. ꝯs. 163. In causa matrimoniali, col. 9.
117 ¶ † Glo. in vers. tēporis diuiditur in duas, prout dupliciter op-
ponit. Prima opp. de l. si sit, ff. quemad. seru. amitt. non vr̄ bene
formari ꝯ tex. quia non sequit', tex. vult q ius eligendi præscri-
batur lītimo tpe, ergo non exigit duplicatum tempus, imò vbi
exigeretur duplicatū tempus, dicerem illud esse lītimum tem-
pus, & ꝯñr tex. ille concordaret, sed posito, q tex. velit, q suffi-
ciat tempus 40. ann. & non duplicetur, videamus qūo possit ꝯ-
nuū dissolui. Ex dictis Pan. hēmus quatuor solōnes. Prima fuit
gl. hic, q ꝯrium procedat de iure ciuili tm̄: ista solutio nō te-
net', quia non est facienda dr̄ia inter ius ciuile, & canonicū, nisi
expresso iure caueatur, c. 1. de noui ope. nunc. & fm Pan. in ca.
de quarta, j. de præscript. in materia præscriptionis, vnica tan-
tum reperitur dr̄ia inter ius ciuile, & canonicum: nam ius ca-
nonicum non admittit præscriptionem cum mala fide, c. fi. j.
de præscr. Ius autem ciuile sic, l. omnes, & l. fi. C. de præscri. 30.
vel 40. ann. Præterea sequeretur, si duplicaretur tēpus, de iure
ciuili, q in terris imperij saltem citius curreret præscriptio ꝯ
ecclesiam, quām ꝯ priuatum, qd non est dicendum, auc. cassa.
C. de sacros. eccl. Si tn̄ velimus sustinere hanc solōnem, posset
dici, q de iure ciuili in hñtibus causam discōtinuam sit dupli-
catum tēpus in odium malæfidei possessoris. secus aūt de iure
canonico pp bonam fidem possidentis: tamē non satisfacit qa
præscr. 30. ann. quæ de iure ciuili currit cum mala fide, sustin-
uenta in odiū negligentis rē suam, fm gl. in l. fi. C. de edic. diui
Adr. toll. & sic lex ciuilis non contemplatur malam fidē, sed
potius negligētiam dñi. Item rō, quare duplicet' tps, assignata
in d. l. si sit, quia quotidie vti non pōt seruitute, militat ēt ꝯ bo-
næfidei possessorem. Scda fuit solo, q ius eligendi dicat' hēre
cām quasi continuam aptitudine, quia electio fieri posset quo-
tidie, si quotidie vacaret ecclesia, sicut dr̄ de stillicidio in l. fora
men, ff. de seru. vrb. præd. mihi etiam non placet, q̄q̄ n. electio
fieri posset, quotidie tn̄ in vsu iuris eligendi requiritur factum
hois, ergo dr̄ hēre causam discontinuam, sicut seruitus itineris,
prout declarat Bar. in l. 2. C. de seruit. & aqua. Tertia solutio, q
dispositio d. l. si sit, procedat in seruitutibus realibus, non autē
in personalib. vel mixtis, reprobatur, & bñ per Pan. in d. cap. de
quarta, trib. rōnib. quas adde hic. Quarta solo, q. tēpus decem,
118 vel 20. annorum duplicetur. † Sed de iure canonico ꝯ ecclesiā
non præscribitur, nisi spatio 40. ann. c. illud, j. de præscrip. & sic
tempus fuit duplicatum a lege, meritò amplius non debet fie-
ri duplicatio duplicationis, sicut non admittitur retortio retor
tionis, fm Bar. in l. post legatum, in vlt. col. ff. de his quib. vt in-
dig. ista solo *communiter* approbatur, & eam confirmat Cæpol.
tit. de ser. vrba. præd. sub rub. quemad. ser. amit. mihi nō videtur
iuridica in præscribenda seruitute discontinua, vnde aduerte,
quia considerandi videntur duo casus, aut quæritur, an in præ-
scribēda seruitute discōtinua duplicetur tēpus, aut vero qrit',
an duplicetur in præscribenda libertate ab ipsa seruitute. Pri-
mo

mo casu ego non reperio duplicari tempus, nam tales seruitu-
tes sine titulo non pscribuntur, nisi spacio tāti temporis, cuius
initij memoria nō sit in 𝔠triū, sm gl. Bar. & oēs, in l. seruitutes,
magna, ff. de ser. per tex. in l. j. ff. de aq. plu. arc. quod spatiū tanti
119 tēporis clarum est non duplicari cum titu. vero habito. † A ter-
tio præscribitur spatio decennij inter pñtes, & xx. inter absen-
tes, l. si ego, §. 1. ff. de pub. cōfirmat Fel. in d. c. de quarta, in pen.
col. qd esset falsum si tempus duplicaretur. Secundo casu, quā-
do agitur de præscribenda libertate, tūc ēt non duplicatur tem
pus, nisi seruitus, cuius libertas pręscribitur, fuerit constituta p
interualla dierum. Rō assignatur, q a ille, in cuius præiudicium
præscribitur libertas, non pōt qñ vult, vti seruitute habēte in-
teruallā temporum. iste est ꝓprius sensus d. l. si sit, & l. fi. C. de
seru. & aqua. Istis stantib. patet clarissima solutio ad l. si sit, quia
loquit in seruitute discontinua, & ēt continua perdenda, text.
verò noster loquitur in seruitute acquirenda, in qua nō dupli-
catur tempus, vt s. dixi. est n. quodammodo seruitus, q canoni
ci teneant in electione secū admittere forinsecos, vt j. dicam.
Scdò opp. vna cum gl. de ca. 1. de pscr. in 6. vbi clarè legitur, q
non currit pscriptio sine tit. qñ ius cōe, siue iuris psumptio fa-
cit 𝔠 pscribentē: hic aūt ius cōe facit 𝔠 clericos, & tñ dr q si p-
uenissent ad legitimū tps, q pscripsissent, & sic sine tit. cum in
tex. non appareat, q clerici allegarent aliquem titulum. Huic
120 𝔠rio dantur decem solōnes relatæ per Abb. ¶ † Prima fuit solō
glo. limitans text. in d. c. 1. vt procedat in præscriptione rerum
corporalium. secus in præscriptione rerū incorporaliū, in qui-
bus patientia hr loco tituli, l. si ego, § 1. ff. de publ. Ista solō non
placet Doct. nec mihi. primò, quia rō d. c. 1. militat ēt in iuribus
incorporalibus. Secūdo, q a in 𝔠trium est tex. in c. si diligenti, j.
de præscri. & ibi gl. & 𝔠 trium tenuit gl. ibi approbata in d. ca. 1.
Tertiò, quia non debet plus operari titulus fictus 𝔠 ius, q titu-
lus verus, l. filiusfamilias, ff. si cer. pet. sed titulus habitus a cano-
nicis sine debita solennitate dr 𝔠 ius, c. constitutis. s. de elec. q
titulus 𝔠 ius, non prodest ad præscribendum, l. nūquam, 2. ff. de
vsuc. ergo non ēt proderit titulus fictus prout nūc ex patiētia.
Circa istud argumentum Pan. aduerte, q a non vr concludens.
non enim sequitur, Prælatus non pōt alienare iura ecclesię si-
ne solennitate, ergo non pōt pati, q præscribantur. licēt. n. præ
latus non possit præiudicare ecclesiæ faciendo, pōt tñ præiudi-
care negligendo, sm gl. in c. placuit. 16. q. 3. & Pan. in c. 1. j. de
dolo, & contu. Scdò aduerte inquantum Abb. vult, q capitulū
non possit concedere ius coeligēdi forinsecis sine debita solen
nitate. istud non vr probari in d. c. constitutis, s. de elect. allega-
to per ipsum, tenendo intellectum Host. aut Io. And. ibi, vel si
dicamus, q concessio non valuerit ibi, quia facta in trāslatione
& electione illius monachi in Abbatem, in quib. non admittit
conuentio, vt no. in c. ex parte, 1. s. de offic. dele. quicquid sit, an
ille tex. pbet vel ne, mihi placet opi. Pan. quam sic comprobo,
Concedere ius coeligendi non habenti, est imponere seruitu-
tem ca. vt non possit absque illo eligere, c. auditis, s. de elect. &
121 prohibitus † alienare, censet ēt seruitutem imponere, l. fi. C. de
rebus alie. non alie. l. de pupillo. §. Sextus, ff. de no. ope. & si op-
122 ponas de emphyteuta, † qui nō pōt alienare irrequisito dño di-
recto, l. fi. C. de iure emph. & tñ pōt seruitutem imponere, l. 3.
ff. de seru. cum gl. replicabo, q pōt in preiudiciū sui tñ, non au
tem in præiudiciū directi dñi, c. 1. §. quid ergo, in tit. de inuest.
de re. alie. fact. in vsib. feu. & sic canonici non poterunt in præ-
iudiciū ecclesiæ, & futurorū canonicorū ius colligendi cōcede
re sine debita solennitate. Ex istis sic enucleatis hēmus collige
re duas limitationes ad l. si quis diuturno, ff. de seru. vend. Pri-
ma, vt ꝓcedat, nisi ius cōe sit 𝔠 præscribentem, de qua dicetur
in vltima solōne d. Ant. Scda, nisi patiens sit talis persona, quæ
non hēat facultatē transferendi seruitutem & vsucapiendi cō-
ditionē. ¶ Scda sol. gl. eisdem rōnib. 𝔠futatur, quibus præcedēs.
Tertia & quarta solō, quæ fuerunt Ioā. And. nihil valent, quia
vna inducit iuriū correctionē, altera diuinat. Quinta sol. eiusdē
Io. And. q præscriptio iuris coeligendi non sit 𝔠 ius, c. obeunti-
bus, 6. dist. mihi placet, nec ob. tex. in 𝔠trium adductus per Pan.
in c. cum dilectus, vt s. de consuet. quia statutū, de quo ibi, non
dr 𝔠 ius ex eo solū, q monachi alterius monasterij hērēt simul
coeligere, sed ex eo quia electio erat fienda de gremio alterius
monasterij, 𝔠 tex. in c. obitū, & in c. nullus, 61. dist. vel dr 𝔠 ius,
quia erat cōditum ab epō sine capitulo, 𝔠 tex. in c. 1. j. de his, q
fiunt a præla. non. n. obstat, q sit 𝔠 ius alienare iura ecclesiæ si-
ne solennitate, qu a vetitum est p 𝔠ctum, vel per statutum, sec*
per solam patientiam, quia negligendo absque alia solennita-
123 te prælatus potest ecclesiæ pīudicare, vt s. dixi. ¶ Sexta † solō
eiusdem Ioan. And. q hic non debeat sumi argūm a 𝔠trio, q a re-
sultaret 𝔠rietas iurium si teneamus, q spatio 40. ann. non pre-
scribatur sine titulo, satis potest tolerari: pro qua solōne est gl.
in c. cupientes, §. quod si per xx. in ver. petere, de elec. in 6. & in
l. conuenticula, C. de epis. & cler. quas gl. extendit Soc. procede-
re ēt in 𝔠ctibus, in quibus ēt non est licitum arguere a 𝔠trario
s. nisi cōtra ius, ita Soc. cōs. 9. in 1. parte. ¶ Septima solutio Pan.
q iste tex. intelligat de legitimo tpe, cuius initij memoria nō
sit in 𝔠trium: & si cōcordet, de plano ꝓcedit, si teneamus, q dis-
positio d. c. 1. nō sit dispō noui iuris, aliàs solō nō procedit. sic
ista solō psupponit, q ius coeligendi non præscribatur sine ti-
tulo 40. ann. quod vr 𝔠 magis cōem. ¶ Octaua solutio Host. q
iste tex. loquatur in cōsuetudine, ille verò in præscriptione, re-
probat per Abbatē, quia hic agebatur de acquirendo iure cer-
tis personis, & non cuilibet de populo, ergo iste text. loquit in
pscriptione. tu considera, q in casu huius c. acquirebat ius om-
nibus clericis ciuitatis Sutrinæ, sm Abb. supra, in notabilibus,
ergo cuilibet de clero, & cōsequenter erit cōsuetudo, & non
præscriptio. Et si diceres, cōsuetudo requirit, q ius acquiratur
in publicum, & trahatur ex publico, malè diceres: quia non re-
fert, vtrum trahatur ex priuato, vel publico, dummodò acqui-
ratur in publicum, l. venditor, §. si constat. ff. commu. præd. de-
124 clarat Abb. in d. c. fin. col. pen. s. de consuet. No. † tamē ex istis
dictis duas differentias inter præscriptionem & consuetudinē.
Prima est, per præscriptionem acquiritur ius particularib. per-
sonis tantum, per consuetudinem verò cuilibet de populo, se-
quitur idem Abb. in d. c. fi. & in c. cum dilectus. col. fi. eo. ti. Ge-
125 mi. cons. 123. incip. Pro clariori declaratione. ¶ † Secunda diffe-
rentia in inducenda præscriptione 𝔠 ius requirit titulus, secus
in inducenda consuetudine, quia sufficit solus vsus. hoc etiā vo-
luit gl. in c. super quibusdam, §. præterea, j. de verb. sig. Io. An.
& Archid. in c. 1. de rescr. in 6. d. Ias. in l. de quibus, col. 12. ff. de
legib. Old. consil. 284. In quodam monasterio. Fel. in ca. si dili-
genti, ver. 3. rescript. j. de præscrip. Gemi. in d. cons. 123. Calde.
cons. vlt. in tit. de consuet. Alexan. cōsil. 6. vol. 1. & 124. in quar
ta parte. ¶ Tertia differentia, consuetudo extēditur ad similia,
præscriptio vero non, secundum Innoc. & d. Ant. in d. ca. dile-
cto, j. de præbē. Fel. in c. auditis, ver. quinta declaratio, j. de pre
scrip. Quasdam alias differentias ponit Host. in tit. de consuet.
§. fi. in Summa, quas non refero, quia eas reprobat Imo. in ca. fi.
col. 6. & sequ. j. de consuet. ¶ Nona solutio Pan. q tex. in cap. 1.
procedit, quando præscriptio fundatur in sola negligentia, iste
verò procedat quando fundatur in actu positiuo: reprobatur p
Car. refert Abb. in contrario cap. ad decimas. ¶ Decima solu-
tio Car. quòd tex. in d. cap. ad decimas, procedunt in casibus in
quibus præscriptio fundatur in patientia eorum, qui non pos-
sunt aliquo modo rem alij cōmunicare, vt ius decimandi, iste
verò tex. loquūtur in præscriptione fundata in patiētia canoni
corum, qui poterāt ius coeligēdi, alij cōmunicare. hanc sequit
Panor. per tex. in d. cap. cōstitutis. Tu verò cōsidera, q licet ca
nonici nō possent 𝔠cedere ius coeligendi in perpetuum, tamē
possūt cōcedere tempore imminētis electionis, c. scriptum, su-
pra de elect. & isto respectu eorum patiētia haberi potest loco
tituli: sed ius decimādi nō potest prælatus alicui expresse con-
cedere sine debita solēnitate, & propterea etiam patiētia non
habetur pro titulo, facit l. si quis diuturno, ff. si seru. vēd. vbi pa-
tientia domini hr loco tituli, quia ipse dominus posset expres-
sè seruitutem cōstituere in fundo suo. Vndecima, & vltima so-
lu. d. Ant. q tex. in d. cap. 1. loquitur in præscriptione rei magni
præiudicij, vt de præscriptione proprietatis, iste verò tex. loqui
tur in præscriptione modici præiudicij, videlicet iuris coeligē-
di, sic etiam loquitur d. l. si quis diuturno, scilicet in pręscriptio
ne seruitutis, quæ est modici præiudicij. reijcitur pariter per
Abb. q a est 𝔠 gnalitatē d. c. 1. sed istud parum vrget. Scdò, quia
exigitur titulus ad exclusionem malæfidei, quę ratio militat ēt
si agatur de modico pīudicio, & istud bene stringit. sed tu ad-
uerte, q in re modica militat præsumptio donationis. l. si filij,
C. de dona. int. vir. & vx. quæ præsumptio excludit psumptio-
nem malæfidei. prælatus. n. pōt res minimas alienare sine solē-
nitate, c. terrulas. 12. q. 2. & ēt donare, c. cæterū, j. de don. & istā
solutionem sequitur Imo. hic. & in d. c. si diligenti. vbi ēt Felv.
col. 5. sequitur Rom. in l. sequit, §. si viam, ff. de vsuc. & Pe. de An-
char. in reg. sine possessione, de reg. iu. in 6. inferentes ex hoc, q
si ageretur de præscriptione totius iuris eligēdi ad exclusionē
capituli, tunc requireretur titulus. similiter si ageretur de præ-
126 scriptione † vsusfructus, vel alterius seruitutis magni pīudicij,
nō procederet l. si quis diuturno, quod est bñ notadum. Ex s.
scriptis hētis tres limitationes ad dictū c. 1. de præscr. in 6. Ad-
de Fel. in d. c. si diligenti, habetis etiam vnā declarationem, &
duas limitationes ad d. l. si quis diuturno. habetis insuper, quod
ius coeligendi præscribitur spatio 40. anno. sine titulo, sed ius
eligendi in totum excluso capitulo non procedit sine titulo, ni
si interuenniat tantum tempus, cuius initij memoria non sit in
𝔠trium, & ita reiecta opinione Pan. concludunt Mod. Taurinē-
ses in tract. de pręscrip. in 5. parte principali, ver. 8. quæro, quan
127 to tempore. ¶ † Gl. pen. opp. & non soluit. pro solutione opor-
tet declarare, quę dicantur in bonis nostris, quæ ex bonis, & q
extra bona. In bonis nostris dicūtur ea, in quibus hēmus actio-
nem ad recuperandū, & exceptionem ad retinēdum. item in
nobis, ff. de acq. rer. do. l. bonorum, §. in bonis, ff. de ver. sig. quē
tex. reputat notabilem Roman. in notabilibus post singularia,
nec &c.

not. b. a 10. incip. Obligo tibi omnia bona mea, ad hoc q. in ge-
nerali obligatione bonorum veniant bona, bona fide possessa,
128 & iste respectu seruitus potest dici in bonis nostris. ¶ † Ex bonis
verò dicuntur, quæ sunt in dominio alterius, sub periculo tamē
nostro ratione detentionis, vel alicuius iuris, qd̄ habem⁹ in eis,
§. sanè. Instit. vi bono. rapt. Et isto respectu fundus seruiens pōt
129 dici ex bonis nostris. † Extra bona dicuntur, quæ non sunt in cō
mercio nostro, vt res sacræ, & similes, vel quæ sunt penitus alie-
ne. & isto respectu seruitus non dr̄ extra bona, maximè cum sit
æstimabilis. Ad tex. i d. l. j. ff. de vsufr. leg qui dicit, q. seruitus nō
est in bonis, nec extra, Respondet, q. loquitur diuerso respectu,
& ea ratione, q. a seruitus est accessio fundi dominantis. vnde si-
cut accessio rei ad rem facit accessam · em dici amplius non es-
se, l. rerum mixtura, ff. de vsucapio. ita seruitus accessa fundo do
minanti dr̄ non esse in bonis nostris, sed ipse fundus dominans
tantum, s̄m gl. & Bar. in d. l. j. & istud est, quod voluit Abb. hic,
dum dicit, q. seruitus non est pars bonorum, quia separari non
130 potest a fundo dominante, §. ideo autem, Inst. de seru. ¶ † Circa
primam quæstionem colligo conclusionem, q. electus, vel præ-
sentatus a bonæ fidei possessore, est præferendus electo, vel præ-
sentato a vero proprietario. Ista conclusio est *communis*, quā ap-
probant Doct. hic, & in c. Cumana, de elect. s̄. Pan. cons. 54. in j.
uol. & in c. consultationibus, J. de iurepatro. & Rot. tit. de pben.
deci. 5. in antiquis. Ista conclusio procedit de plano, si ante con-
firmationem, uel electionem non constet in iudicio de iure ue-
ri patroni seu proprietarij, sed dubium est an procedat, si consta
ret etiam de iure proprietarij. Pan. hic sentit, imò expressè vult,
idem dicendum, dum pro parte contraria arguit, q. non debet
confirmator attendere possessionem alterius. vbi constat de p-
prietate, arg. l. bona fides, ff. deposi. 5rium tenet idem Pan. in d.
c. consultationibus, per tex. in c. cum dilectus, J. eo, sequitur De-
ci. consil. 149. In causa iurispatronatus, col. 3. ista opi. vr̄ æquior.
Præceptor meus in tract. de iurepatron. in verbo, competēs ali-
cui, in 19. q. perpēdit de ista 5trietate, & dicit se dubitare. Ego cō
sideraui posse concordiam sedari, vt dicamus, aut constat de iu-
re proprietarij, & non constat de iure possessoris, & tunc proce-
dat opi. Pan. hic, qui debet intelligi, quando non erat lis conte-
stata super iure proprietatis eligendi, licèt constaret de proprie
tate canonicorum propter iuris dispositionem. Aut constaret
de iure proprietatis taliter, q. etiam liquet de non iure possesso-
ris, & isto casu procedat opin. Pan. in d. c. consultationibus. Et in
istis terminis loquitur tex. in d. c. cū dilectus. & ratio distinctio-
nis est, quia antequàm sit cognitum de non iure possessoris, de-
bet possessor tueri in sua possessione, c. licèt causam, J. de proba.
sed postquam ius est deductum in iudicio, satis possessor consti-
tuitur in mala fide, si fidē nō faciat de meliori iure: & istud sen-
131 tit Rota in tit. de iurepa. decisione 141. in nouis. ¶ † Ex secunda
quæstione collige, q. electio facta a proprietario alio existente
in possessione, etiam cum mala fide, est cassanda, quia non licet
proprietario spoliare possessorem malæfidei propria auctorita-
te possessione, c. literis, J. ti tu. j. si quis in tantam, C. vnde vi. quæ
conclusio venit declaranda eo modo, quo præcedens. ¶ Ex ter-
tia quæstione collige, q. electio facta a proprietario vacante pos-
sessione iuris eligendi valet, & est confirmanda. pro ista conclu-
sio. adde tex. in d. c. consultationibus quem ad hoc ibi not. Abb.
in 3. notab. ¶ Secundò adde gl. & Bar. in l. fi. C. unde ui. In 5rium
tamen obst. tex. & quod ibi dicit Bart. in l. j. C. quorum lega. po-
test responderi, q. ibi ex toto non vacabat, q. a hæreditas iacens
retinet possessionem loco defuncti seu hæredis, l. hæreditas, C.
de posi. uel ideo est, quia legatarius propter detractionem falci-
132 diæ non ex toto certus dr̄ de proprietate, ex qua q. † elicitur, q.
admittitur libellus hoc modo conceptus, peto electionem cas-
sari, quia ad me spectat ius eligēdi de iure communi. Nec obst.
q. ad proprietarium non spectat ius eligendi, quia verbum, spe-
ctare, & verbum, retinere, etiam conuenit possessori, & sic tran-
seunt *communiter* scribentes Adde Pan. post d. Ant. in c. j. J. de se-
questra. pos. & fruct. colum. 3. vbi determinat, q. delegatus per
ista uerba cognoscat de causa talis rei, quam Titius asserit ad se
spectare, possit cognoscere tam de petitorio, quam possessorio.
Sequitur Rota in isto tit. in nouis, deci. 396. inci. Committatur.
& in c. inter dilectos, per illum tex. col. 2. J. de fide inst. vbi limi-
tat post Bar. Est enim uerbum, spectare, vel pertinere, latissimū,
l. uerbum pertinere, ff. de uerbo. sig. c. cum ad sedem, J. tit. prox.
adeo q. etiam importat ius pignoris secundum Practicam Papi.
in forma libelli, in actione reali, in verbo, spectare, imò etiam im
portat ius luendi, secundum Aret. in consil. 6. in 2. dubio. Soc. in
consi. 8. col. j. & ideo qui libellat isto modo, q. a ad se spectat, pote
rit in prosecutione causæ deducere omne ius suum melius sibi
competens, vt dixi in glo. in verbo, id uenire. ¶ Circa ultimam
133 † quæstionem habetis conclusionem, q. præscripto iure postu-
landi, intelligitur præscriptum ius eligendi, s̄m Pan. post Goffr.
per tex. in c. cum in tua, J. de deci. & per alia, de quibus hic per
eum. quibus non obstantib. 5rium credo uerius, quia præscrip-
tio tanquam odiosa, & iniquissimum remedium, non est exten-
denda, c. auditis, vbi latissimè Fel. J. de præscrip. ponit Bart. in l.
j. §. si quis, ff. de iti. actuq; priua. vbi 5cludit, q. pscriptio iure exi-
gendi pedagium pro uino, non intelligitur præscriptum ius ve-
ctigalis pro frumento, nec e5, quia tantum præscriptum quan-
tum possessum. sequitur Ioa. Berta. in tract. de gabel. in 7. colum.
primæ partis. facit, quod dicit Pan. in c. cum olim, col. pe. per il-
lum tex. j. de præscrip. & quod dicit Gem. in c. nemo, de elect. i
6. & quod idem consuluit in consil. 45. col 3. quod incipit, Con-
suetudo taliter. ubi is, qui præscripsit, q. episcopus ad eius preces
conferat beneficia, non intelligitur præscripsisse, quod in aucto-
rizanda permutatione requiratur eius consensus, prout requiri-
tur in alijs patronis, de quo per Felv. in c. cum accessissent, col. 6.
s̄. de const. & ita tenendo non obstāt iura Pan. Primò non obst.
tex. in d. c. cum in tua, quia ibi præscriptio non extenditur de re
ad rem, seu de actu ad actum, considerato iure decimandi præ-
scripto in illo fundo, ita respondet Ant. de But. in c. fi. in pe. chat.
J. eo. Nec etiam obst. tex. in c. j. de relig. do. & in l. is qui, ff. quem
admod. ser. amit. quia ibi agitur de conseruando iure in genere
per unum actum in specie continuatum. In casu autem nostro
agitur de acquirendo iure in genere per unum actum in specie,
unde non bene arguitur de casu ad casum, quia facilius conser-
uatur ius, quàm de nouo acquiratur, c. ad apostolicā, J. de argu.
Item in conseruando iure suo non ita præiudicatur tertio, sicut
in acquirendo, igitur &c. minus facit tex. in c. post translationē,
de renun. quia loquitur de alia electione, per quam nullum ius
acquiritur postulato, nos loquimur in electione per quam acqui
ritur ius electo, vt declarat glo. fi. in cap. j. in vers. uera postulatio,
de postu. prel. lib. 6. Et ex his cum laude Dei, & beao Ioannis, cu
ius festum heri celebrauimus, remaneat vtiliter, vt puto, expedi
ta hæc Decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Spoliato possessione rerum immobilium de iure ciuili dantur sex remedia pro recuperanda possessione.*
2 *Commodum est possidere.*
3 *Appellare de iure ciuili an liceat à sententia in possessorio lata.*
4 *Dominium, & proprietas differunt.*
5 *Dominium difficilimè probatur.*
6 *Dispositio iuris canonici in concernentibus periculum animæ, præfertur dispositioni iuris ciuilis, etiam si de peccato ueniali agatur.*
7 *Ius rigorosum dicitur, quando non succurrit cum possit.*
8 *Interdictum unde ui, utrum competat contra singularem successorem.*
9 *Iudicis officium, an competat aduersus singularem successorem scienter succedentem in rem uitio uiolentiæ affectam.*
10 *Spoliato an sit utilius intentare remedium can. sæpe, an remedium can. reintegranda.*
11 *Spoliatio, quæ fit lite, vel appellatione pendente, odiosior est quàm ea, quæ fit ante.*
12 *Agenti condictione c. sæpe, an obstet exceptio proprietatis, siue exceptio, dolo facis.*
13 *Officium iudicis an competat contra tertium possessorem, ad quem violenter peruenit res violenta.*
14 *Officium iudicis an competat ei, qui cecidit a possessione culpa, vel negligentia propria, aut alia iusta causa.*
15 *Officium iudicis non competit cadenti a possessione ex iusta causa, fallit tamen in personis, quibus de iure competit beneficium restitutionis in integrum. nu. 16.*
17 *Officium iudicis aut aliud remedium pro recuperanda tenuta, an competat commodatario, inquilino, & similibus, qui non possident, sed detinent.*
18 *Actio ex locato ad interesse competit colono contra dominum spoliantem seu deiicientem.*
19 *Remedium can. reintegranda, an detur contra singularem successorem.*
20 *Remedium nouum possessorium distinctum ab alijs antea introductis, an inducatur per can. reintegranda.*
21 *Remedium can. integranda, pro quibus rebus detur.*
Et an pro rebus incorporalibus. nu. 22.
Et an competat possessori malæfidei. nu. 23.
24 *Remedium can. reintegranda, an competat colono, inquilino, & similibus.*
Et an cessionario. nu. 25.
26 *Successori singulari, in quem spoliatus alienauit rem sine cessione iurium, an istud remedium competat.*
27 *Remedium can. reintegranda, an competat ei, qui ex iusta causa cecidit a possessione.*
Et an competat contra singularem successorem, nu. 28.
29 *Actio de dolo, an detur contra singularem successorem habentem notitiam spolij tempore successionis.*
30 *Remedium nouum possessorium, an inducatur per l. si coloni, C. de agri. & cen. lib. 11.*
31 *Remedium d. l. si coloni, pro quibus rebus competat.*
32 *Remedium dictæ legis, an competat contra singularem successorem habentem notitiam violentiæ, furti, vel rapinæ.*
Et an competat contra bonæfidei successorem. nu. 33.
Et an competat malæfidei possessori, no. 34.
Et an depositario, nu. 35.

Remedium

36 *Remedium, quod metus causa, an competat in singularem successorem.*
37 *Agenti actione quod metus causa, contra eum, qui non intulit metū, obstat exceptio proprietatis.*
38 *Actio, quæ datur contra singularem successorem habentē notitiam violentiæ, quæ sit.*
39 *Actio in factum nascitur ex remedijs prætorijs.*
40 *Condictio ex can. c. sæpe, an detur contra successorem ignorātem spolium. Et an detur cōtra successorē, qui ex post facto incepit habere violentiæ scientiam, nu. 41.*
42 *Condictio ex can. c. sæpe, an detur contra eum, qui scit rem esse alienam, et tamen ignorat violentiam.*
43 *Successor tertius, an præsumatur habere scientiam violentiæ.*
44 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*
45 *Condictio ex can. c. sæpe, an detur contra eum, qui recepit rem vitiosā vacantem, & an detur contra quemcunque successorem, an contra eū tantum, qui immediate habuit causam a spoliatore. nu. 46.*
47 *Condictio huius canonis, an detur spoliatori contra eum, qui sciēter recepit rē a secundo spoliatore. Et an detur malæfidei possessori nō violēto. nu. 48. Et an etiam bonæfidei possessori cōtra bonæfidei possessorem. n. 49.*
50 *Agenti remedio huius canonis, an obstet exceptio proprietatis.*
51 *Inuadens rem propriam perdit ius suum.*
52 *Conuentus cōdictione ex can. c. sæpe, an eximatur de iudicio nominādo dominum, vel primum possessorem in iudicio.*
53 *Condictio ex can. c. sæpe, an competat raptori contra eum, qui occupauit rē raptam vacantem.*
54 *Possessori primo seu domino, an subueniatur aliquo remedio possessorio cōtra occupantem rem vacantem.*
55 *Remediū l. cum quærebatur, C. vn̄ vi, an competat etiam pro rebus mobilibus. Et an competat pro recuperāda possessione naturali ei, qui retinuit ciuilē oīo. Et an competat prælato pro rebus ecclesiæ occupatis vacante ecclesia. Et vtrū habeat locū in re hereditaria occupata, nu. 56. 57. 58.*
59 *Condictio ex l. cum quærebatur, C. vnde vi, an detur ei, per cuius incuriam, seu errorem possessio vacat.*
60 *Remedium l. cum quærebatur, C. vnde vi, an cōpetat prędoni. An cōpetat singulari successori. n. 61. Et an reuersa ab hostibus ꝓ recuperāda possessione occupata tempore captiuitatis. n. 62. Et an detur cōtra tertiū possessorem, n. 63. An etiam detur contra eum, qui occupauit rem vacatē credēs esse suam, putà quia erat fama publica, quòd illa res erat maiorū suorum. nu. 65.*
64 *Possessor primus & occupator primus, si cōcurrant contra secūdum occupatorem rei vacantis, vter præferatur.*
65 *Condictio ex l. cum quærebatur, C. vnde vi, præscribitur spatio 30. annorū. Et an illa præscriptio procedat de iure canonico. nu. 67.*
68 *Remedium l. si quis in tantam, C. vnde vi, pro quibus rebus detur.*
69 *Possessionem beneficij vacuā apprehendēs propria auctoritate siue executorialibus, siue ante fulminatū processum, an perdat ius suū. Et an istud habeat locū in eo, qui accepit equum solui negam in præfecatis. n. 70. Et an procedat in rebus, quas spoliatus incontinenti recuperauit. nu. 71.*
72 *Inuasor ꝑ auctoritate, ductus, si antequàm cōueniatur fecerit restitutionē rei spoliatæ, an euitabit pœnam l. si quis in tantam.*
73 *Spoliatus, si ex interuallo spoliauerit spoliatorem, an perdat condictionem l. si quis in tantam.*
74 *Affectans priuari an incidat in pœnā l. cum quærebatur. C. vn̄ vi, in præiudicium legitime filiorum.*
75 *Intrudens se, vel violenter occupans beneficium, priuatur a lege ipso iure.*
76 *Condictio l. si quis in tanta, C. vnde vi, an procedat in peculio aduentitio, quod filiusfamilias inuasit. Et an detur cōmendatario, & similib. n. 77. An clandestino possessori ciuili apud aliū remanente, n. 78. An competat ciuiliter possideati, quē vniuersum non admittit clādestinus possessor. nu. 79. An etiam furi contra dominum, nu. 80.*
81 *Condictio d. l. an competat filio contra patrē, & liberto contra patronū. et an detur priuigno cōtra nouercā et vitricum. n. 82. An et competat patri contra filium, & patrono contra libertum. n. 83.*
84 *Condictio d. l. si quis in tantam, C. vn̄ vi, an competat creditori ꝓ pignore sibi violenter ablato per debitorē. Et econtrario, an cōpetat debitori contra creditorem, qui violēter expulit eum de possessione. Et an cōpetat debitori cōtra creditorem, qui inuasit possessionē prætextu licētię de intrādo propria auctoritate sibi a iudice, vel a principe concessa 85. & 86.*
87 *Ingrediens ꝑ vim auctoritate licentiæ, concessæ, & quando excusetur a pœna. Et an hoc competat contra mulierē. nu. 88 & 89. Et an mulier excusetur a pœna prætextu ignorantiæ. nu. 90.*
91 *Conditio mulierum & masculorum in damnis euitandis purificata est.*
92 *Error iuris naturalis non excusat mulierem a pœna.*
93 *Condictio l. si quis in tantam, C. vnde vi, an competat cōtra fideicommissariū qui de facto occupauit res legatas, vel fideicommissa subiectas.*
94 *Filius occupās vnam rē hereditariā pro sua legitima, an priuetur iure suo.*
95 *Ecclesia propter violentiam prælati non incidit in pœnas.*
96 *Condictio d. l. si quis in tātā, C. vnde vi, an detur contra sociū, qui per vim occupauit rem communem. Et an detur contra heredē institutū sub cōditione, qui ꝓpria auctoritate ante euentum cōditionis occupauit bona hereditaria. nu. 97.*
98 *Verba futuri temporis non sunt latæ sententiæ, sed ferendæ. nu. 99.*
100 *Violentia in beneficialibus est odiosior quàm in temporalibus.*
101 *Beneficiū violenti occupatoris an possit ante sententiā declaratoriam alteri conferri.*
102 *Appellari an possit a sententia lata super condictione. l. si quis in tantam, C. vnde vi.*

¶ Sequitur solenne c. Sæpe, de rest. spoliat. extra repetitum per eximium Dominum de Ripa, die 26. Iunij 1519.

1 SÆpe. ¶ † Diuiditur, & summat istud c. sæpe, vt inquit Abb. pro faciliori intelligentia præmitto quatuor. Primo, q. possumus perdere possessionem pp violentiam & sine violentia, & quot sint gña violentiarum, quib. perdatur possessio, traditur per glos. in l. j. quod met. cau. Secundo præmitto, q. de iure ciuili spoliatus possessione rerum immobilium sunt prodita sex remedia pro recuperāda possessione, q̄ enumerat Spe. isto tit. §. j. vers. sed ut in hac materia. Tertiò præmitto, q. de iure ciuili ad recuperandam possessionem rei mobilis non est proditum aliquod interdictum possessorium, sm glo. in l. rem quæ nobis, ff. de acq. pos. licèt sint inuenta plura alia remedia, de quib. ibi per Bart. & Alex. Quartò, præmitto, q. de iure canonico fuerunt introducta duo remedia possessoria, videlicet remedium huius canonis, & remedium canonis reintegranda, 3. q. j. super quibus duob. uersabitur farrago huius libelli, in quo discutiemus, quod de nouo afferant ista remedia. Pro quibus rebus dētur. Quibus personis, & ꝯ quas. Quis sit modus libellandi & procedendi in eis, & alia
2 plura ad materiam pertinentia. ¶ † In tex. ibi, commodo possessionis amissio. No. q. commodum est possidere, §. retinendæ, In sti. de interdi. vbi duo commoda recitantur. primū, quia actore non probante, is qui possidet, obtinebit: facit enim possessio aduersarium actorem, l. j. C. de alie. iud. mu. cau. fac. quā al legat ad hoc Bal. in l. fi. in 6. q. C. de edicto diui Adr. tollen. hoc ēt probat iste tex. Secundum, quia in pari causa pro possessore semper est iudicandum, reg. cum sunt partium iura. de regu. iu. lib. 6. bonus tex. in c. cum ad sedem, de ręb. lib. 6. facit decisio Bar. in l. j. §. nō autem, ff. de bon. poss. sm tabu. & qđ decidit Fel. post Bal. in c. capitulum, in 5. col. j. de rescrip. ¶ Tertium commodum corollarium est, quia possessio transfert onus probandi in aduersarium ut hic, & l. circa, ff. de proba. & l. uis eius, C. eo. tit. & in l. liberis, §. fi. de libera. causa. de quo per Bar. in l. j. in 3. oppo. & duab. seq. j. partis, ff. de no. ope. nunc. ¶ Quartum cōmodum est, quia si duo habentes cām ab eodem simul contendant, ille præfertur qui prius habuit possessionem, dato q. alter sit prior in titulo, l. quoties, C. de rei vend. l. siue aūt, §. si duob. ff. de public. qđ tñ nō procedit in beneficialibus, c. capitulū, §. de resc. nec in matrimonio. c. si. j. de sponsa. & de isto commodo plenè tradunt Moder. in l. quoties, & Pan. in c. ꝯtinebatur, j. de his, quæ fiunt a præla. Quintum commodum est, quia ex possessione præsumit' dñium, si de eo incidenter agatur, sm Bar. in l. pen. ff. de cond. insti. Pan. post d. Ant. in c. cum ad sedem, §. eo. ¶ Sextum, est quia pręsumitur ꝑ possessore, q. acquisierit rem ante adeptam prælaturam, & sic de bonis suis & non ecclesiæ, sm gl. in c. j. 12. q. 2. Pano. in c. cum esses, in 3. char. de test. Rom. cons. 159. per totū. Are. in l. qui iure familiaritatis, ff. de acq. posses. ¶ Septimum est, quia possessio rerum immobilium tollit suspicionem fugæ, & releuat ab onere satisdādi de iudicio sisti. l. sciendum, & ibi late Mod. ff. qui satisd. cog. ¶ Octauum commodū, quia ex diutina possessione beneficij præsumitur quis legitime institutus, sm Inno. Pan. & alios in c. illud, j. de præsum. & hodie facta est regula de triēnali possessore. ¶ Nonum est, quia is p̄fert' in iure offerēdi. qui pignus possidet, l. Paulus, §. qui pignoris, ff. quib. mod. pig. vel hypothe. sol. & in l. j. C. eo. ¶ Decimum est, possessio producit actum acquisitionis fructuū, vt no. in l. 3. §. ex ꝯrio, ff. de acq. pos. sm tñ distinctionem Bar. in l. ex diuerso, ff. de rei ven. & Pan. in c. grauis. §. e. ¶ Vndecimum, possessor causat acquisitionem dñij mediante usucapione, uel præscriptione, l. qui fundū, in prin. ff. pro empto. gl. in auct. nisi triennale. C. de bo. mater. plenè per scribentes in regula, sine possessione, de reg. iu. in 6 Fel. in c. j. j. de p̄sc. ¶ Duodecimum & vlt. ꝑ nunc, ex possessione diuturna diuisim obseruata præsumitur diuisio facta inter fratres, sm glo. in l. si maior, C. commu. diui. quæ gl. *communiter* approbatur, sm Dec. cōs. 79. co. fi. & Soc. cons. 144. col. fi. vol. 2. & ex possessione diuisim obseruata præsumitur ratificata diuisio nomine absentis, sm Soc.
3 cōs. 159. Visis processu & sententijs, col. 2. eo. vol. ¶ † Ex præmissis redditur dubitabilis una cōis conclō, q̄ habet, q. de iure ciuili a sñia lata in possessorio non appellatur. l. j. C. si de momē. pos. fuerit appellatum, & sm quā consuluit Dec. cons. 28. per totum. quæ conclusio fundatur ista rōne, quia iudicium possessorium est medici præiudicij, ista rō tollitur per prędicta. fundatur etiā, quia sñia in possessorio est interlocutoria, a qua de iure ciuili nō appellatur, l. ante sñiam. C. quo. appel. nō recip. Ista etiam rō cōfunditur: posito enim q. esset interlocutoria, quod non conceditur, tamen pp difficultatem probandi dominium, est apta parere præiudicium irreparabile per diffinitiuam in petitorio, & ideo deberet etiam posse appellari de iure ciuili, vt dr̄ in d. l. ante sñię & ideo fortè uerior est ista op. ꝯ cōem, quam uerecūdè

cit Pan. per istum tex. in cons. 55. inc. In causa, quę ad p̃ns, col. j.
vol. 2. & Ang. in cons. 107. Iacobellus & Lucas. & ita etiã tenuit
Bar. in l. 2. ff. de appel. recip. ad tex. in d. l. j. respondet, ꝙ sñia hẽt
effectum, quia nõ differtur executio appellationis, tamen reci-
pitur: verum tamen, ꝙ manifestus spoliator non appellat etiã
de iure canonico, c. Romana, §. prętereà, j. de appel. prout con-
suluit Roma. cons. 324. inci. In proposita consultatione. cõfun-
ditur etiã id, qđ dicit Bar. in l. admonendi, col. pen. ff. de iureiu.
qđ in causa possessorij rei ẽt maximi valoris sit locus iuramen-
to in supplementum, quia cã possessionis est vilis, & modici p̃-
4 iudicij. ista ratio nõ uidetur uera per istũ tex. & prędicta. ¶ † In
tex. ibi, iuris, exponi dẽt ſm Doct. i. dominij, & sic habes, ꝙ do-
miniũ & ꝓprietas differũt, de hoc dic, vt dixi s. in rub. de cau.
pos. & proprie. ¶ In tex. ibi, effectũ, vera litera ſm Inno. esse dẽt
effectu in ablatiuo, sed tunc esset falsa latinitas, nisi in tex. esset
uerbum, ius proprietatis, & non iuris, ſm communem literam
stat in accusatiuo, & tunc exponas effectum. i. vsum, quia ex ad
missione possessionis non perditur dominiũ, ut in c. cum eccle
sias. s. de caus. pos. & proprie. & in l. naturaliter, §. nihil cõe, ff.
de acq. pos. sed bene perditur vsus, qui est vnus effectus dñij, &
ex hoc no. Pan. ꝙ ipsa possessio est effectus dominij, & eius cõ-
modum. sed tu considera, ꝙ tex. ↄ̃trium præsupponit, dũ uult,
ꝙ amisso cõmodo possessionis aliquando admittantur effectus
iuris, ergo aliud est commodum possessionis, aliud effectus do-
minij, licẽt ex amissione unius aliquando sequatur amissio alte
5 rius. ¶ † In tex. ibi, ꝓp difficultatem probationum, no. ꝙ dñium
difficillimè probatur, ideo vtilissimum fuit cõsilium Iurisconſ.
6 traditum in l. is qui, ff. de rei uend. ¶ † In tex. ibi, nõ obstante. ha
bes, ꝙ dispositio iuris canonici in concernentibus periculũ aię
præfertur dispositioni iuris ciuilis, & in hoc procedit vulgata
regula, ꝙ leges non dedignant sacros canones imitari, de qua
in c. clerici, s. de iud. qđ ꝓcedit ẽt si agatur de peccato veniali,
ſm Pan. in c. fi. col. j. j. de præscr. lex. n. nutritiua peccati, non li-
gat, imò est ipso iure nulla, c. ex parte, s. de cõsuc. de quo plenè
per Fel. in c. ecclesia S. Mariæ, col. 15. & seq. s. de cõst. Iterũ ibi,
non obstante iuris ciuilis rigore. opp. vr̃, ꝙ ius canonicũ admit-
tat hunc rigorem, vt in c. cum ad sedem, s. eo. credo, ꝙ rigor, de
quo hic, non consistat in eo, ꝙ interdictum, vnde ui, non detur
aduersus singularem successorem, sed rigor consistit in hoc. q̃a
ius ciuile nõ prouidit de remedio possessorio ↄ̃ singularem suc
cessorem succedentem sciẽter in uitio cum posset, & deberet.
7 Ex hoc habetis † notare, ꝙ rigorosum ius dr̃, qñ nõ succurrit, cũ
possit. facit tex. cum gl. in c. ut constitueretur, 50. dist. Item ibi,
non multum interest, no. parum interesse quantum ad pericu-
lum animæ, quo genere peccati delinquatur. rõ est, quia qđli-
bet pctm̃ mortale mortificat aĩam. can. unum orarũ, §. alias ea
demum, 25. dist. in. reliqua notabilia dimitto, quia expediuntur
cum apparatu. ¶ Glo. j. effectualiter format 4. op. latendo oia ↄ̃-
ria, s. ꝙ ante hanc decretalem spoliato subueniebatur aduersus
tertiũ singularem successorem, ad quem scienter res uiolenta
deuenerat officio iudicis cõdictione ex can. reintegrãda, actio-
ne de dolo, & actione qđ met. cã, si fuerat spoliatus per violẽtiã
compulsiuam. Pro resolone uidendũ est de quolibet istorũ re-
mediorum, vtrum detur ↄ̃ singularem successorẽ, & ob q̃ cau-
sam, & utrũ cõpetãt alia remedia ad effectũ, ut cognoscamus,
an illud remediũ, de quo i tex. sit nouũ, vel pinguius alijs, ut dr̃
8 in lr̃a. ¶ † Quæro igitur primò, utrum interdictum vñ ui, cõpe-
tat ↄ̃ singularem successorem, gl. j. & cęteri latent, ꝙ nõ, ꝑ tex.
in l. cũ a te, ff. de ui, & ui arma. & in d. c. ad sedẽ, s. eo. & ob hanc
cãm tex. dicit, ꝙ non subueniebat antea, sed ꝑ interdictũ vñ vi.
Sed hic aduerte, quia etiã de iure ciuili spoliatore existẽte non
soluendo, dabatur in subsidium ↄ̃ singu. successorẽ, ſm gl. Bar
& ceri. in d. l. cũ a te, ↄ̃ uerò ipsum spoliatorẽ, qui dolo desierat
posidere, indistinctè cõpetit interdictũ, ergo effectualiter spo-
liatus nõ poterat perdere ↄ̃ tex. nostrũ. Soło. spoliatore existen
te soluendo, spoliatus perdebat in effectu dñium, licet a spolia-
tore per interdictum æstimationem cõsequi posset. & istud est
qđ uoluit iste tex. An aũt iterdictum, vñ vi, det ↄ̃ ulẽm succes-
sorem, vr̃ ꝙ non, quia ex delicto defuncti non cõueniunt hę-
redes, toto ti. C. ne ex delic. defunc. In ↄ̃riũ est tex. i l. si plures,
ff. de ui, & ui arma. Ad ↄ̃rium rñdet, ꝙ hæredes non conueniũ-
tur ex delicto defuncti, tanq̃ obligatio sit merè hẽditaria, sed
quia res ad eos peruenit: & iõ is solus hęres, apud quem est res,
insolidum conuenit, d. l. si plures, qđ sic declarãt Are. & Mod.
9 in l. 4. §. Cato, in 3. opp. Bart. ff. de uerb. obl. ¶ † Quæro scdo, an
officium iudicis competat aduersus singularem successorẽ sciẽ
ter succedentem in rem uitio violẽtiæ affectam, gl. tenet, ꝙ sic
per tex. in c. quia V. de iud. & in c. bonæ, j. de appel. quæ opi. cõ
firmatur, quia officium iud. cõpetit, vbi æquitas suadet, c. j. & 2.
s. de os. iu. l. Quintus, §. Pomponius, ff. de ann. lega. Contrarium
tenẽt Abb. & *communiter* scrib. hic ꝑ istum tex. qui alias malè
diceret si subueniretur spoliato officio iudicis. Ad ↄ̃ria respon
detur. primò ad c. quia V. q̃ debet intelligi ſm tempora huius
canonis, cum sit uterque canon editus ab eodẽ, & sic ambo lo-
quuntur de remedio huius canonis, & nõ de officio iudicis. Ad
arg. de æquitate rñdet Card. uerũ esse, ubi æq̃tas suadet, & nul-
la subest obligatio, secus si subsit obligatio, ut hic ꝑp sciam suc-
cedentis in uitio, qua mediante obligatur. patet, quia competit
actio, ut dr̃ in tex. ergo subest obligatio, l. licẽt, § ea obligatio, ff.
de procu. Ad tex. in c. bonæ, rñdetur, ꝙ loquit̃ in spoliante ap-
pellatione pendente, & sic in casu spãli, in quo attentata lite ap
pellatur, uel lite pendẽte benè retractãtur officio iud. quia spo-
liator, & scienter succedens in locum spoliati offenderũt iudi-
10 cem, ius, & partem, c. pe & fi. j. ut lite pendente. ¶ † Tertiò quę
ro iuxta hoc, an vtilius sit spoliato intentare remedium atteñta
torum, an remedium huius canonis, siue can. reintegranda. rñ-
deo, ꝙ utilius est intentare officium iudicis, siue remedium at-
